



**Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ**

**Plettenberg, Hunold**

**Hildesii, 1693**

§. 7. De commutatione votorum peregrinationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](#)

quæ emisisti ad effectum, ut matrimonium legiti-  
time contrahere, & in eo debitum Conjugale  
reddere, & exigere licetè possis & valeas, in  
opera pietatis, quæ tibi præscripsi dispensando  
commuto. In nomine Patris &c.

§. 7.

De Commutatione votorum Pe-  
regrinationis.

1. Vota trium Peregrinationum, vi-  
delicet Jerosolymam, ad limina Aposto-  
lorum Petri & Pauli, & ad S. Jacobum  
de Compostella, Sedi Apostolicæ reser-  
vata commutari solent ex causa infirmi-  
tatis, paupertatis, senectutis aliavè ra-  
tionabili in alia opera pro arbitrio pru-  
dentis Confessarii, v. g. in faciliorem  
Peregrinationem, eleemosynam, Pœni-  
tentiam aliave pietatis opera.

2. Formula Commutationis, quæ post  
absolutionem dicitur hæc est :

Item Authoritate Apostolica mibi specia-  
liter delegata, tibi Votum Peregrinationis,  
quod emisisti in Peregrinationem, eleemosynam,  
seu alia pietatis opera, quæ tibi præscripsi, di-  
spensando, commuto. In nomine Patris, & Fi-  
lii, & Spiritus sancti, Amen,

P. 2 PARS

## P A R S I V.

De Dispensationibus Ma-  
trimonialibus.

## §. I.

*Quædam Communia omnibus Dispensa-  
tionibus Matrimonialibus.*

**I**mpedimenta super quibus S. Pœnitentiaria dispensat debent esse occulta, unde dispensationes illius semper hanc Clausulam annexam habent: *Dummodo impedimentum occultum sit, seu occultum remaneat.* Super publicis enim Dataria Apostolica dispensat.

2. Causæ dispensationis veræ sunt rationabiles, & sufficientes v.g. periculum scandalorum, revelationis impedimenti, perseverantiæ in peccato ob occasionem difficulter removibilem præstitutionis vel diffamationis mulieris, vel periculum inimicitiarum, aut alterius damni spiritualis. De quorum veritate diligenter inquirere debet Confessarius, maximè cum agitur de contrahendo.

3. Dispensationes hujusmodi suffragantur tantum in foro conscientiæ. Unde si impedimentum fieret publicum ex occul-